



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXXVI. Markgraf Ludwig erläßt dem Kloster Chorin wegen erlittener
Schäden die Bede auf 2 Jahre, am 27. November 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LXXXVI. Markgraf Ludwig erläßt dem Kloster Chorin wegen erlittener Schäden die Behe auf 2 Jahre, am 27. November 1350.

Gracia monasterio Corin per duos annos. Noueritis quod nos Ludovicus etc. religiosis viris fratribus Abbati, Priori et conuentui fratrum in Corin, ordinis Cisterciensis, deuotis nobis dilectis, propter graua ipsorum pericula stante communi disturbio Marchie in suis bonis vndique percepta, talem gratiam, ut sequitur, facimus per presentes, vt ipsos per duos annos integros a data presencium continue succedentes libertamus ab omni precaria sua, nobis ex debito debenda et solvenda, tam ab ista parte odere quam ab alia, sic quod ab ista debita precaria debebunt fore penitus supportati per duos annos integros supradictos, sine impedimento nostri uel nostrorum officialium quorumcunque etc. In cuius etc. Datum Soldin, Anno M^o. CCC^o. L^o, Sabbato post katherine.

Aus einem Copialbuche nach Sachwiz'scher Mittheilung.

LXXXVII. Verschiedene Zeugen bekunden, daß die Wittwe Thydekini's von Oberberg dem Kloster Chorin ihr Witthum in Serwest freiwillig aufgelassen hat, am 16. Dezember 1352.

Nos Henningus, dictus Malchow, miles, Johannes, dictus Platekow, sacerdos, Conradus Dunker, Aduocatus incliti principis domini Barnym, Ducis Stetyensis, et Tryft, famuli, recognoscimus cunctorum notitie declarantes, quod honesta femina Geze, relicta Thydekini de Odirberge bone memorie, dotalitium suum, quod habuit in villa Zeruicz, super quo religiosos viros Abbatem et Conuentum in Chorin impetiuit, non coacta nec per vim sed voluntarie et matura deliberatione prehabita ad manus honorabilis viri Domini Hynrici, Abbatis dicti monasterii, nobis presentibus beniuole resignauit. Filii quoque dicte Domine, videlicet Nicolaus, Otto, Thydericus et Anno, omni actioni, questioni et impetitioni, si quas habuerint vel habere videbantur contra dictam ecclesiam Choryn, renunciauerunt omni dolo postergato, quacunque ex causa coram nobis promittentes bona fide, dicte ecclesie utilitatem commodum et honorem ubilibet procurare. In cuius testimonium presentibus nostra sigilla ad cautelam duximus appendenda. Datum Angermunde, anno domini M^o. CCC^o. LII^o., in Dominica, qua cantatur gaude in Domino semper.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken's Cod. II, 489.